Quelle: http://manuscripta.at/?ID=510
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

mor es quam sit vilis origo tua. Ubi
conforma favor corporis fervor iuve-
nilis operosus. Scrip. Subrepcio
tibi noscere quid sit homo. Ni-
chil ad aliud est homo quam sper-
ma fetidum saccus stercorum
et cibus vermium. Unde post hominem
vermis post vermem fetor et hor-
ror. Sic non in hominem vertitur
omnis homo. Cur ergo superbis ho-
attende quid fuisti vile semen
et sanguis coagulatus in ute-
ro deinde miseriis huius vite
expositus et peccato. Postea vermis
et cibus vermium futurus in tu-
mulo. Quid superbis vermis et
cinis cuius conceptus culpa, nasci
miseria, vivere pena, mori angus-
tia. Cur carnem tuam preciosis re-
bus in unguentis et adornans
quam post paucos dies vermes
devorabunt in sepulchro. Animam
vero tuam non adornas bonis
operibus que deo et angelis
eius presentanda est in celis. Quare
animam tuam vilipendis et
ei carnem preponis. Dominam
ancillari et ancillam dominari
De preciositate anime humane
magna abusio est. Totus siqui-
dem iste mundus ad unius anime
precium comparari non potest. Non
enim pro toto mundo deus animam
suam daret quam pro anima
humana dedit. Sublimis est ergo
anime precium que non nisi sang-
wine Christi redimi potuit. Qua
ergo commutacionem dabis pro
anima tua quia pro nichilo
das illam. Nonne dei filius
cum esset in sinu patris a rega-

libus sedibus descendit pro ea
ut eam liberaret de potestate dyabo-
li quam cum peccatorum funibus ir-
retitam iamque demonibus tra-
dendam ut morte perpetua dam-
naret. Flevit super illam que
flere nesciebat. Nec solum flevit
sed etiam occidi se permisit ut
precio sui sanguinis preciosi eam
redimeret. Unde Aspice mortalis
pro te datur hostia talis. Agnos-
ce homo quam nobilis est anima
tua et que fuerunt eius vulnera
pro quibus necesse fuit Christum dominum
vulnerari. Si non essent ad mor-
tem et mortem sempiternam nun-
quam pro eorum remedio dei filius
moreretur. Noli ergo parvipendere
anime tue passionem cui a tanta
maiestate tantam vides exhiberi
compassionem. Effudit ipse lacrimas
pro te. Lava et tu per singulas
noctes lectum tuum cordis compunc-
cione lacrimarum assidue. Effudit
ipse sanguinem suum, fundas
et tu tuum cottidiana cordis af-
flictione. Quem si semel pro
Christo ponere non potes, saltem
minori et gloriosiori martirio as-
sidue pone. Noli attendere quod
caro aut quid sensus possit. Tunc
enim gloriosus erit animus qui
ante pauca tempora nobiscum
erat redierit ad dominum suum.
Ita tamen si a corde scandalum
tulerit et deterserit omne sordi-
dum. Si vero cordis durus est
hic sermo non possum mundu-